MARTES 4 DE DICIEMBRE DE 1877. NÚM. 46.

DISPOSICIONES DIOCESANAS

DEL

OBISPADO DE OSMA.

DECRETUM.

Quod à priscis Ecclesiæ temporibus semper fuit in more, ut christifidelibus certa proponeretur ac determinata formula, qua fidem profiterentur, atque invalescentes cujusque ætatis hæreses solemniter detestarentur, idipsum, sacrosancta Tridentina Synodo feliciter absoluta, sapienter præstitit Summus Pontifex Pius IV, qui Tridentinorum Patrum decreta incunctanter exequi properans, edita Idibus Novembris 1564 Constitutioni *Injunctum Nobis*, formam concinnavit professionis fidei recitandam ab iis, qui cathedralibus et superioribus Ecclesiis præficiendi forent, quive illarum dignitates, canonicatus, aliaque beneficia ecclesiastica quæcumque curam animarum habentia essent consecuturi, et ab omnibus aliis, ad quos ex decretis ipsius Concilii spectat: nec non ab iis, quos de monasteriis, conventibus, domibus, et aliis quibuscumque locis regularium quorumcumque Ordinum, etiam militarium, quocumque nomine vel titulo provideri contingeret. Quod et alia Constitutione edita eodem die et anno incipien. *In sacrosancta* salubriter præterea extendit ad omnes doctores, magistros, regentes, vel alios cujuscumque artis et facultatis professores, sive clericos sive laicos, vel cujusvis Ordinis regularis, quibuslibet in locis publice vel privatim quoquomodo profitentes, seu lectiones aliquas habentes vel exercentes, ac tandem ad ipsos huiusmodi gradibus decorandos.

Jam vero, cum postmodum coadunatum fuerit sacrosanctum Concilium Vaticanum, et ante ejus suspensionem per Literas Apostolicas *Postquam Dei munere*, diei 20 Octobris 1870 indictam, binæ ab eodem solemniter promulgatæ sint dogmaticæ, Constitutiones, prima scilicet de Fide Catholica, quæ incipit *Dei Filius*, et altera de Ecclesia Christi, quæ incipit

Pastor æternus, non solum opportunum, sed etiam necessarium dijudicatum est, ut in fidei professione dogmaticis quoque præmemorati Vaticani Concilii definitionibus, prout corde, ita et ore publica solemnisque fieri deberet adhæsio. Quapropter SSmus. D. N. Pius Papa IX, exquisito ea desuper re voto specialis Congregationis Emorum. S. R. E. Patrum Cardinalium, statuit, præcepit atque mandavit, ceu per præsens decretum præcipit ac mandat, ut in præcitata Piana formula professionis fidei, post verba *præcipue à sacrosanta Tridentina Synodo* dicatur *et ab œcumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, præsertim de Romani Pontificis Primatu et infallibili magisterio*, utque in posterum fidei professio ab omnibus, qui eam emittere tenentur, sic et non aliter emittatur, sub comminationibus ac pœnis à Concilio Tridentino et à supradictis Constitutionibus S. M. Pii IV statutis. Id igitur ubique, et ab omnibus, ad quos spectat, diligenter ac fideliter observetur, non obstantibus, etc.

Datum Romæ, è Secretaria S. Congregationis Concilii die 20 Januarii 1877.

P. Card. CATERINI, Præfectus.

J. Archiepiscopus Ancyranus, *Secretarius.*

Professio ortodoxæ Fidei juxta formam à Summis Pontificibus Pio IV et Pio IX præscriptam.

Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei Unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu

Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni nonerit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas et ecclesiasticas traditiones reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item Sacram Scripturam juxta eum sensum, quem tenuit et tenet Sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum Patrum, accipiam el interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacramenta novæ legis à Jesu Christo Domino Nostro instituta, atque ad salutem humani generis licet non omnia singulis, necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem, et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et adprobatos Ecclesiæ catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio et admitto. Omnia et singula, quæ de peccato originali et de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. Profiteor pariter in Missa offeri Deo verum, proprium et propitiatorium Sacrificium pro vivis et defunctis, atque in Sanctisimo Eucharistiæ Sacramento esse vere, realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem una cum anima et divinitate Domini Nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus, et totius substantiæ vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christnm, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter et Sanctos una cum Christo, regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero

:

imagines Christi ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam, catholicam et apostolicam Romanam Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successori ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac juro.

Cætera item omnia à sacris Canonibus et œcumenicis Conciliis, ac præcipue à sacrosanta Tridentina Synodo, et ab œcumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, præsertim de Romani Pontificis Primatu et infallibili magisterio, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas et rejectas et anathematizatas ego pariter damno, rejicio, et anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor et veraciter teneo, eamdem integram et immaculatam usque ad extremum vitæ spiritum, constantissime, Deo adjuvante, retinere et confiteri, atque à meis subditis seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectavit, teneri et doceri et prædicari, quantum in me erit, curaturum ego idem N. spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta Dei Evangelia.

Profesion de la Fé ortodoxa segun la forma prescrita por los Sumos Pontifices Pio IV y Pio IX.

Yo N. Creo con firme fé y profeso todas y cada una de las cosas que se contienen en el Símbolo de la fé, que usa la Iglesia romana, á saber: Creo en un solo Dios Padre Omnipotente, Criador del cielo y de la tierra, de todas las cosas visibles é invisibles; y en un solo Señor Jesucristo, Hijo Unigénito de Dios, y nacido del Padre ántes de todos los siglos, Dios de Dios, luz de luz, Dios verdadero de Dios verdadero; engendrado, no hecho, consustancial al Padre, por el cual han sido hechas todas las cosas. El cual Jesucristo, por causa de nosotros los hombres, y por causa de nuestra salvacion, bajó de los cielos, y por obra del Espíritu Santo tomó carne de la Vírgen María, y se hizo hombre. Tambien fué crucificado en favor nuestro, padeció y fué sepultado bajo el poder de Poncio Pilato. Y resucitó al tercer dia, segun la Sagrada Escritura. Y subió al cielo, y está sentado á la diestra del Padre. Y segunda vez ha de venir con gloria á juzgar á los vivos y á los muertos, y su reino no tendrá fin. Y creo en el Espíritu Santo, Señor y vivificante, el cual procede del Padre y del Hijo, y es ado-

rado y glorificado juntamente con el Padre y el Hijo, y habló por medio de los Profetas. Y creo que la Iglesia es una, santa, católica y apostólica. Confieso que hay un solo bautismo para el perdon de los pecados. Y espero la resurreccion de los muertos, y la vida eterna en el otro mundo. Amen.

Admito y abrazo firmísimamente las tradiciones apostólicas y eclesiásticas, y las demás observancias y constituciones de esta misma Iglesia. Admito tambien la Sagrada Escritura segun el sentido que le dió y le da la Santa Madre Iglesia, á la cual corresponde el juzgar acerca del verdadero sentido y de la interpretacion de la Sagrada Escritura, ni jamás la recibiré é interpretaré sino segun el unánime consentimiento de los Santos Padres.

Profeso tambien que los Sacramentos de la nueva ley, verdadera y propiamente dichos, son siete, instituidos por Nuestro Señor Jesucristo, y necesarios para la salvacion del linaje humano, aunque á cada uno no son necesarios todos, á saber: el Bautismo, la Confirmacion, la Eucaristía, la Penitencia, la Extremauncion, el Orden y el Matrimonio, y que ellos confieren la gracia; y que de éstos, el Bautismo, la Confirmacion y el Orden no se pueden reiterar sin sacrilegio. Recibo asimismo y admito los ritos de la Iglesia católica, recibidos y aprobados por ella para la solemne administracion de todos los supradichos Sacramentos. Abrazo y recibo todas y cada una de las cosas que acerca del pecado original y de la justificacion fueron definidas y declaradas en el sacrosanto Concilio de Trento. Profeso igualmente que en la Misa se ofrece á

Dios verdadero, propio y propiciatorio sacrificio por los vivos y los difuntos, y que en el Santísimo Sacramento de la Eucaristía están verdadera, real y sustancialmente el Cuerpo y la Sangre juntamente con el alma y la divinidad de Nuestro Señor Jesucristo, y que se hace la conversion de toda la sustancia de pan en cuerpo, y de toda la sustancia de vino en sangre, á la cual conversion la Iglesia católica llama transustanciacion. Confieso tambien que bajo una ú otra especie tan solamente, se recibe á todo é íntegro Cristo, y el verdadero Sacramento. Sostengo constantemente que hay Purgatorio, y que las almas allí detenidas son socorridas con los sufragios de los fieles. Y sostengo del mismo modo que se debe venerar é invocar á los Santos, los cuales reinan juntamente con Cristo, y que ellos ofrecen á Dios oraciones por nosotros, y que se debe venerar á las reliquias de los mismos Santos. Aseguro firmemente que se deben tener y conservar imágenes de Cristo y de la siempre Vírgen Madre de Dios, así como tambien las de los demás Santos, y que á estas imágenes debe dárseles el debido honor y veneracion. Afirmo tambien que Cristo dejó en la Iglesia la potestad de las indulgencias, y que el uso de ellas es en gran manera saludable al pueblo cristiano. Reconozco á la Santa, Católica y Apostólica Iglesia Romana por Madre y Maestra de todas las iglesias, y prometo y juro verdadera obediencia al Romano Pontífice, Vicario de Jesucristo y sucesor del Bienaventurado Pedro, Príncipe de los Apóstoles.

Recibo tambien sin vacilar, y profeso todas las demás cosas en-

señadas, definidas y declaradas por los Sagrados Cánones y los Concilios Ecuménicos, y principalmente por el sacrosanto Concilio de Trento, y por el Concilio Ecuménico del Vaticano, en especial acerca del Primado é infalible magisterio del Romano Pontífice; y juntamente condeno, rechazo y anatematizo del mismo modo que la Iglesia todo lo que sea contrario á lo que va expresado, y cualesquiera herejías condenadas, rechazadas y anatematizadas por la Iglesia. Esta verdadera fé católica, fuera de la cual nadie puede salvarse, y que al presente profeso espontáneamente, y sostengo verdaderamente, yo el mismo N. prometo, voto y juro conservarla y confesarla, con la ayuda de Dios, constantísimamente íntegra é inmaculada hasta el último aliento de mi vida, y que he de cuidar de que, en cuanto esté de mi parte, sea conservada, enseñada y proclamada por mis súbditos, ó aquellos que estén á mi cargo segun mi oficio. Así me ayuden Dios y estos Santos Evangelios de Dios.